UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera

Agobardus <Lugdunensis>

Parisiis, 1666

Ex eodem Chronico, ad annum DCCCXLI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14678

Visual Library

Ex Chronico Hugonis Flaviniacenſis.

LEIDRADVS verò in initio imperij Ludovici Imperatoris Sueſſionenſe monaſterium petiit; & in loco ejus AGOBARDVS ſubſtituitur ejuſdem Eccleſiæ Chorepiſcopus, conſentiente Imperatore & omni Gallicanorum Epiſcoporum ſynodo. Quod quidam defendere volentes, dixerunt eum à tribus Epiſcopis in ſede Lugdunenſi jubente Leidrado fuiſſe ordinatum. Hic igitur Agobardus & Bernardus Viennenſis apud Ludovicum accuſati, deſertis Eccleſiis in Italiam ad Lotharium ſe contulerunt. Sed agentibus piis Imperatoribus uterque ſedem ſuam recepit. Et poſt paucos annos Agobardus apud Sanctonas in expeditione regia defungitur.

Ex eodem Chronico, ad annum DCCCXLI.

EODEM anno AGOBARDVS Lugdunenſis Epiſcopus obiit.

Ex Chronico S. Benigni Divionenſis edito à R. P. Phil. Labbeo, ad an. DCCCXL.

HOC anno, ſanctæ memoriæ AGOBARDVS Lugdunenſis Epiſcopus obiit VIII. Idus Iunij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN